

VICTORII MVTII A
Luciniano Dialogi duo,

QVORVM PRIMVS BRIKENIVS SEV
de Fortitudine, secundus Manrichus seu de
re militari inscribitur.

ET ALTER FORTITVDINIS DE-
fnitionem inquirens virtutes, vitiq; pertractat,

ALTER VERO MILITARIA OFFICIA TVM PV-
blicè, tum priuatim persequitur, & honoris præcepta.

Cum indice rerum, locorum, virorumq; cognitu dignorum
fatis locupleti.



ALEXANDRIAE

Ex officina Herculis Quinctiani, M. D. LXXXVI.

Superiorum Fronte Benigna.

COLL. SOC. IESV S' LM. EX DONO REGVM

VICTORII MVTII BRI- xenius seu de fortitudine.

BERNARDINVS BRIXENIVS,
GEORGIVS MANRICVS,
ANDREAS FILIVS.



Ber.



PTIME tecum actum, Manriche,
siquidem *et* re militari tantam tibi glo-
riam comparasti, quantam quis maxi-
me fortis desiderare audeat apud omnes
gentes, ubi Christi nomen sanctissimum
colitur: & nunc sic bellica facultas in te
viget, ut non modo sis Regi nostro PHILIPPO ca-
rissimus, sed hic in oculis civium omnium Mediolanensi-
um, totiusq; Italiae viuas, optimoq; otio fruaris, quod quid-
em (mea sententia) perfectus est cuiusq; belli finis. Quae-
m obrem *et* tibi gratulor mirum immodum, et mihi non me-
diocriter gaudeo: Nam magnum nostrae consanguinitatis,
mutuiq; amoris fructum capere mihi videor, cum nomen tu-
um armis apud omnes Illustre, non secus in pace reperio. *G.*
Istud quidem, auuncule sapientissime, proprium est, quod
ego in te conferre meritissimò possem, atq; deberem: Quid
enim gloriae non es assecutus vel armatus, vel togatus cum
apud Philippum Regem, tum apud Pium III. Pium V.
et Gregorium XIII. Pontifices Max. Nam quod nunc
uno consensu Rex, & Pontifex Max. te sacris initiari
voluerunt, Episcopatumq; tibi tradiderunt, hac una de cau-
sa impulsos arbitror, ut tua iam ingrauescenti aetati consu-
lerent